



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 79. Franciæ Episcoporum querelæ ad Papam de turbata Clementis IX.
Pace.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](#)

Sæc. XVII.

A. C. 1678.

§. LXXIX.

*Franciæ Episcoporum querelæ ad Pa-
pam de turbata Clementis IX.
Pacæ.*

Promulgato Nioveni edicto, cuiusla-
pra meminimus, omnes, qui le
D. Augustini Discipulos dicebant, vehe-
menter querebantur, inde Clemen-
tis IX. pacem violari, cunctaque mala
Gallicanam Ecclesiam olim oppri-
mentia innovari, nullum in universo Re-
gno dari Jansenistam, neminem dam-
natum quinque propositionum doctri-
nam tueri, omnesque Sedis Apostolice
definitioni sincera submissione aquie-
scere, atque ad Sedis Apostolicæ, Re-
gisque mentem obsequioso silentio im-
mane illud bellum suisse confectum,
proin Jansenismum, qui primo ob-
fensam Jansenii doctrinam, Leo ru-
giens, & postea ob Jansenii sensum, &
Ecclesiasticæ disciplinæ contemptum,
& asseclarum numerum, caudatus e at-
draco, tandem domito utroque montito
in merum Phantasma degenerasse,
nunc vero, cum recens ab omnibus
subscriptio sine limitatione peteretur,
Ecclesiæ tranquillitatem tam caro pre-
cio, ac multiplici dispendio emptam
rursus turbari: Ejusmodi querelas præ-

primis

primis Felix Catalaunensis Episcopus Sæc. XVII.
 per Cardinalem Cibo ad Papam detu- A.C. 1678.
 lit, supplex, ut tempestive dissipare
 vellet iniquas illorum molitiones, qui
 cuncta, quæ per Clementis IX. trans-
 actionem feliciter composita fuissent,
 omni data occasione evertere adlabo-
 rant. Eodem tenore etiam Andega-
 vensis Episcopus hoc anno ad Papam
 literas dedit, in quibus adversus An-
 degavensem Universitatem declamaus,
 expostulabat, quod hæc Laicæ pot-
 statis subsidio freta formulæ subscriptio-
 nem, pro suo arbitrio, contempta au-
 toritate Episcopali, exigeret, ingen-
 temque numerum Ecclesiasticorum do-
 ctrina & pietate præcellentium, quibus
 ad laboris Episcopalis subsidium ipse
 vel maxime egeret, in exilium detrudi
 procurasset: Denique vehementer que-
 rebatur, quod non sine maxima ca-
 lumnia quatuor his Episcopis etiam-
 num imputetur, perinde acsi Clemen-
 tem IX. Papam decepissent. Verum
 ad hasce Præfulum literas Pontifex
 duntaxat, se matrius hac super re de-
 liberaturum respondit: Magis benignis
 oculis epistolam exceptit Gilberti Choi-
 fellii Tornacensis Episcopi hoc anno die
 vigesima quarta Aprilis datam; præ-
 terquam enim, quod hunc Episcopum
 morum integritate, doctrina, Aposto-

Q 3.

lico

Sæc. XVII. lico animarum zelo animique modera-
A.C. 1678. tione eminere nosset. insuper illum
sinceram & ingenuam mentis suæ de-
clarationem maximi habuit. Ex ha-
autem epistola nimis prolixa duntaxa
exscerpimus sequentia: „Sane Beate
„sime Pater, cum omni ratione eni-
„collapsam disciplinam pietatemque
„sartam tectam conservare, male ad
„dio apud nonnullos, qui se, licet be-
„nevole paterneque reprehendi patien-
„tur, vellentque confui pulvilloſu-
„omni cubito, ac mollioribus Laxion-
„doctrinæ principiis semper indulge-
„ut hactenus indulſerant, mihi late-
„ter tanquam Jansenistæ obloquuntur.
„Ut autem hanc a me propulsem in-
„riam, Beatissime Pater, patiatur
„quæſo, Sanctissima humanitas Vestra
„ut intima animi mei sensa in paternis
„Beatitudinis Vestræ ſinum effundam.
„Initio, Beatissime Pater, ii du-
„taxat habebantur Jansenistæ, qui re-
„Jansenio patrocinabantur, vel quinque
„propositiones, quas occasione libri
„Jansenii damnaverat Innocentius
„defendebant, vel certe defendere ce-
„debantur. Jam non ſolum abſtruf-
„rior de moribus Doctrina, caſtum &
„ſciplinæ Ecclesiasticæ ſtudium, & e-
„acta ad Evangelii canonumque regula-

„las institutæ vitæ ratio, nihil nisi Jan- Sæc. XVII.
„senismum spirare videntur. „ A.C. 1678.

„Quantum attinet ad doctrinam de
„gratia, spero fore, ut me ab omni
„erroris suspicioe facile vindicem,
„cum meam vestræ Sanctitati mentem
„aperuero. Quod autem spectat ad
„mores & disciplinam, quam felix esset
„accusatio, Beatissime Pater, si illam
„promererer? sed quam vereor, ne
„apud Deum ea proflus indignus in-
„veniar? utut sit, quidquid credidero
„Jansenismi mihi notam inurere, ex-
„plicabo, paratus scilicet sine ulla æ-
„quivocatione, a qua semper abhorui,
„sincere improbare, quod vistra San-
„ctitas improbaverit, damnare quid-
„quid damnaverit, & meas agendi sen-
„tiendique rationes me denique totum
„Apostolatui vestro subjicere.„

„Hoc possum coram Deo profiteri,
„Beatissime Pater, me nunquam Jan-
„senii patrocinium suscepisse, & quin-
„que propositiones damnatas damnasse
„semper ex animo. Fateor equidem,
„cum primum damnatæ sunt istæ pro-
„positiones ab Innocentio X. audirem-
„que a temerariis quibusdam Theolo-
„gis hanc injuriam fieri Apostolicæ
„Sedi, ut scilicet affererent ab ea dam-
„natam esse SS. Augustini & Thomæ
„Aquinatis doctrinam, me voluisse

Q 4 „ab

Sæc. XVII., ab eorum calumniis tantorum Eccles.
 A. C. 1678 „sæc doctorum non ina vindicare, me
 „que, cum Innocentii Constitutionem
 „promulgavi, declarasse, illibata sem-
 „per manere SS. Augustini & Thoma
 „dogmata, quod in me Molinistarum
 „omnium invidiam, odium, & furorem
 „concitavit. Nihilominus tamen, cum
 „ipse ego post aliquot annos fuisse
 „vocatus a Rege, tanquam alienus ab
 „omnibus partium studiis, tempor
 „Alexandri VII. ut contentiones Eccle-
 „sæc Gallicanæ conarer componere, &
 „Pater Ferrerius Societatis Jesu, qui
 „Regi deinde fuit a confessionibus, duo
 „que ex primariis inter eos, qui Jan-
 „seniani credebantur, Lalannius scilicet
 „cet & Girardus, multis coram me da-
 „Jansenii doctrina habitis colloquiis,
 „sæpius amice & pacifice nomine sua-
 „rum utrinque partium inter se com-
 „municassent, putaveram neminem
 „deinceps jure merito Jansenismi ac-
 „cusari posse. Res enim eo tandem
 „devenerat, ut singulis catholicarum
 „scholarum, licet dissidentium, Tho-
 „misticarum scilicet & Jesuiticarum
 „more sua sensa deponentibus, & scri-
 „ptis hinc inde Romam missis, Ale-
 „xander VII. Sanctissimus Pontifex om-
 „nes catholice loqui intellexisset, ad
 „gaudere se testatus esset, nullam su-
 „per

„peresse hærefoeos suspicionem: Cum ^{æc. XVII.}
„autem nemo eo tempore novam su- ^{A.C. 1678.}
„spicandi occasionem dedislet, existi-
„maveram, Jansenismum jam fuisse ad
„phantasmata aut puerorum terricula-
„menta amandandum. Verum quidem
„est post Ferrerii Lalaniique, ac Gi-
„rardi collocutiones, recruduisse ad-
„huc disputationes, quia hoc nempe
„superfuerat inter utramque partem
„dissidium, quod qui Molinistæ dice-
„bantur, eos, quos vocabant Janse-
„nistas, vellent adigere, ut faterentur,
„immo & jurejurando testarentur, quin-
„que damnatas propositiones apud Jan-
„senium reperiri; ni facerent, in fan-
„ctam Sedem perduelles, & hæretici
„haberentur; Augustiniani autem vel
„certe, qui eo nomine gloriabantur,
„affererent, sibi proprio privatoque stu-
„dio compertum esse, eas quinque pro-
„positiones nullatenus ad Jansenium
„pertinere, atque adeo se non posse
„citra mendacium eas declarare Jan-
„senianas: quod autem tales esse de-
„crevissent Apostolicæ constitutiones,
„id obreptione vel subreptione evenisse,
„ex oscitatione forsan vel nimia Moli-
„nistis credendi facilitate eorum, qui
„bus Innocentius X. & Alexander VII.
„summi Pontifices legendi & exami-
„nandi Jansenii provinciam demanda-

Q 5

„ve



Sæc. XVII., verant. Cum autem in dies magis
A.C. 1678., ac magis ferveret contentio, Jansenii
 „amici promiserunt, ne viderentur
 „sanctæ Sedi contradicere, immo ut
 „summam erga Sanctissimos Pontifices
 „obseruantiam testarentur, se suam su-
 „per Jansenii facto Sententiam alto si-
 „lentio sepulturos, atque adeo quinque
 „propositiones sincere damnando, sed
 „eas Jansenio nec afferendo, nec abju-
 „dicando, dogmati fidem, facto reve-
 „rentiam habituros.,,

„Cumque jam ipse ad meam Con-
 „venarum Ecclesiam reversus essem, ac
 „cepissemque eos adhuc utrimque acri-
 „ter de facto disputare, cum Jansenii
 „starum super sui Jansenii facto fili-
 „tium non sufficere clamarent Molli-
 „nistæ, ut constitutionibus apostolicis
 „satisficeret, ad Regem scripsi, ratus
 „me teneri totum, de quo agebatur,
 „negotium explicare. Significavi ergo
 „Christianissimo Principi, et si maximum
 „haberi oporteret honorem Constitu-
 „tionibus apostolicis, neminem tamen
 „censendum esse hæreticum, aut in
 „Ecclesiam perduellem, vel schismati-
 „cum, quamvis a definitione facti re-
 „cederet; cum tota universalisque Ec-
 „clesia circa singularia facta, quæ nulla
 „revelatione innotescunt, errori obno-
 „xia sit, & reipsa aliquando erraverit:
 „cujus

magis
anfeni
erentur
mo ut
ntifices
iam su
alto si
uinq
o, sed
c abju
o reve
n Con
em, ac
ne acr
anseni
o filier
Moli
stolicis
ratus
batur,
vi ergo
ximum
constitu
tamen
aut in
smati
cti re
ue Ec
e nulla
obno
averit:
,,cujus
,,cujus Sententiæ ut indubitatae ac cer- Sæc. XVII.
,,tissimæ Patronos habemus summos A.C. 1678.
,,Sanctissimosque Pontifices; Pelagium II.
,,& Gregorium magnum; inter recentio-
,,res rerum Ecclesiasticarum tractato-
,,res, Eminentissimos Cardinales Bel-
,,larminum, Pallavicinum, inferioris
,,conditionis inter Eruditos, primæ
,,notæ Jesuitas Sirmondum, Petavium,
,,aliosque catholicissimos, & sanctæ
,,Apostolicæ Sedi devotissimos theolo-
,,gos. Secus autem omnino sentien-
,,dum esse, ajebam, de dogmatibus,
,,circa quæ Ecclesia falli nullatenus
,,potest, porro cavendum esse semper
,,monui, quotquot fidei meæ crediti
,,erant, ne facile etiam in facto a sum-
,,morum Pontificum definitionibus re-
,,cederetur; cum eos in rebus omnibus
,,ad regimen Ecclesiæ pertinentibus
,,singulari quadam gratia & Spiritus
,,sancti impulsu, ut plurimum, moveri
,,credendum sit: nec usque adeo teme-
,,rarius fui, sanctissime Pater, ut dixe-
,,rim senserimque errasse circa factum
,,Innocentium X. & Alexandrum VII.
,,sed tantum significavi, periculosem
,,esse, eos, qui solius facti definitioni
,,contradixissent, tanquam hæreticos
,,infectari; multo magis eos, qui non
,,contradixissent, sed solummodo ta-
,,cuius-

Sæc. XVII., cuissent, si modo aliunde damnata
A. C. 1678, „dogmata damnarent ex animo.,“

„Hæc duntaxat egi & docui, san-
 „ctissime Pater, circa Jansenii nego-
 „tium. Cum vero mea ad Regem Ep-
 „stola, etiam me inscio, typis man-
 „data fuerit, nec eam quisquam re-
 „prehenderit, existimavi, sanctissime
 „Pater, me a nulla omnino veritatis
 „atque Ecclesiæ lege recessisse. Si quid
 „peccavi, ignorans feci; errorem au-
 „tem, si quem Sanctitas vestra mon-
 „straverit, emendare paratus sum.,“

„Ceterum cum deinde tempore Cle-
 „mentis IX. optante Rege, gratulante
 „sanctissimo Pontifice, maximi nomi-
 „nis Præsules Gallicani iisdem placan-
 „dis sopiendisque contentionibus feli-
 „cissime studuerint, res ad exitum per-
 „duc̄ta sit, paxque Ecclesiæ reddita,
 „non satis deflere possum ea iterum
 „jurgia renovari. Non dubito porro,
 „quin tota Gallicana Ecclesia, Beatis-
 „sime Pater, vestris pedibus libenter
 „advolvatur, & Sanctitati Vestre sup-
 „plicet etiam atque etiam, ut tandem
 „istis discordiis modum imponat, eas-
 „que sua Authoritate compescat.,“

§. LXXX.